



Universitätsbibliothek Paderborn

**Panegyricvs, Die Natali Academiæ Theodorianæ
Paderbornensis, Reuerendissimo, atq[ue] Illustrissimo
Principi, ac Domino, Theodoro, Episcopo Ecclesiæ
Paderbornensis, S. R. I. Principi, Fvndatori Eivs ...**

Horrion, Johann

Paderbornæ, 1616

Capvt III. Miserum statum, in quo à primo Ecclesiam Paderbornensem offendit, Principem in cogitationem Academiae impulisse.


urn:nbn:de:hbz:466:1-14243

Miserum statum, in quo à primo Ecclesiam Paderbornensem offendit, Principem in cogitationem Academiæ impulisse.

Vis verò D E I in Ecclesiam Paderbornensem eximiam voluntatem, atque prouidentiam satis pro dignitate prædicet, qui in ipso tempore, parta celesti afflatu, & domesticis institutis animi tui ornamenta, non diu cunctatus, ad eius salutē, dignitatēq; cōuertere dignatus est? Vix inter huius Ecclesiæ Canonicos censeri cœperas, cùm in te omnium coniecti sunt oculi: neque quisquam fuit, qui vt tibi honores mandarentur, canos expectandos putaret. Aliorum virtutem diu periclitatur, & explorat Ecclesia, sæpe experta eos quoque quorū senectus omni laude floruerit, prius in illo ætatis lubrico, vt non ceciderint, titubasse. Te in ipso iuuentutis flore Prepositum sibi delegit, de robore animi tui, constantiaque secura. Quod equidem diuino nutrī factum arbitror, vt in tempore, Reip. vulnera, quæ paullò post curanda tibi es- sent, accurate cognosceres. Eo enim tempore versabatur hæc Ecclesia in potestate Principis à Catholica religione alieni, neque multò ante vicinæ prouinciæ grauibus erant ob dissidia de fidei doctrina motibus jactatae, quos Gebhardus Truchſefius Archiepiscopus ducta vxore, & Ecclesiæ contemta auctoritate excitarat. Itaque omnibus fato quodam temporum ad studium houarum rerum conuersis, & cum ijs faciente ipso, qui corrigere debuit, Antistite, vniuersa rei Catholicae cura huic Admodum Reuerendo,

& No-

Wenelsburg/



Arx à Reuerendissimo & Illustrissimo Principe Th:odoro Episcopo Paderbornensi ædificata, vbi
olim Hunnorum temporibus, & postea à Friderico Arnsbergæ Comite, castellum situm fuit.

Ασερεμίτικη δημοπληρωμή
φήγε την απόφευξη της επιβολής της
εγγύησης της Επαρχίας της Αθηναϊκής
Μητροπόλεως στην πόλη της Αθήνας.

A Nonparametric Econometric Estimator of Categorical Outcomes

& Nobilissimo Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Collegio incubuit, cuius in tuenda maiorum rellgione excubiæ, ac labores digni omnino sunt quos iustissimis laudibus, & gratiis posteritas tota prosequatur. Inter hos eminebat tua, Princeps Illustrissime, animi magnitudo in vincendis rebus aduersis, prudentia in capiendo consilio, dexteritas in Ecclesiæ incolumente ubiq; procuranda. Itaq; cùm defuncto Principe de successore deligendo Canonici conuenissent, nemini prope dubium fuit, quin, si saluam vellent Ecclesiam, tuæ potissimum fidei credenda esset. Ita omnib⁹ volentibus, & fausta precatione te prosequentibus, Episcopus Paderbornensis es renunciatus. Ibi cùm prouinciam prope depositam, ac deploratam accepisses, ita personandā putasti, ut eam aliquando non qualem modò accepisses laceram, & afflictam, sed florentem, ornatamq; posses successori relinquere. Nihil dico de fortunis, quas prope consumptas repperisti: nihil de ære alieno, quo grauiter sanè premebatur. nihil de oppositis pignori fundis, ac villis. Taceo non modò nunc exsistē ex ære alieno, & quicquid usquā obligatum fuerat bonorum Ecclesiæ, abs te liberatum esse, sed etiam nouas arcēs exædificatas, noua vētigalia constituta. Et quoniam superiore libro nonnulla à me dicta sunt de hac tua ad confluentes Lupiç, & Alisonis notia aree, adjiciam quoque de altera nonnihil, quæ VVeuelsburgum dicitur. Ferunt in eodem loco antea arcem stetisse, cuius originem Hunnis, siue Hungaris tributum. Illi enim priusquā ad CHRISTI fidem, & humanitatem traducerentur, vt erāt in primis immanes, & efferi, eruptione facta in Saxoniam, & Turingiam circa annum Domini DCCCCVII. omnia flamma ferroq; vastarunt. Ab illis igitur, vel certè cōtra illos, prodidere quidam arcem primo positam II. à Paderborna millario, ac restauratam deinde à Friderico Arns- [Gobelinus art. 6 c. 57.] bergæ

b erga Comite, q̄ decessit ē viuis anno CHRISTI M. CXXII.
Venit postea in potestatem nobilium dynastarum in Ben-
ren, atque inde in ditionem Paderbornensem Antisti-
tum. Extracta est abs te, Princeps Illustrissime, forma tri-
angulari, species sanè vifenda, atque magnifica. Quæ qui-
dem, aliaque eiusdem generis opera si commemorarem,
nihil equidem dicerem à laude Ecclesiastici Principis alien-
num. Nam etiam noster Magnus Carolus, cùm epita-
phium carmen, quod Romæ, hodieq; in Vaticano visitur,
scriberet Hadriano I. Pontif. Maximi. quem summa pie-
tate coluit, hæc inter eius laudes quoque numera-
uit:

[extat a-
pud Ba-
xon. tom.
9. A N N O
CHRISTI
795.]

[in Chro-
nico Sa-
xoniæ an.
no 1585.]

Doctrinis, opibus, mūris exerat arces
Urbs caput, orbis honos, inclytā Romatua.
Sed magis semper es arbitratus ad te pertinere quæ ad ani-
morum sempiternam salutem, & Orthodoxæ religionis
incolumentem spectarent. Eò igitur euangelio curas co-
gitationesque confulisti. Neque id diu præferre cun-
status es. Certè David Chyträus homo Lutherianus,
tuam electionem enarrans sic ait: Paderbornensi
dieceesi Theodoricus à Fürstenberg gubernan-
dæ præpositus est, & Calendarium Gregoria-
num subditis statim obtrusit. Studuit homo va-
fer, obtrudendi vocabulo, pulcherrimum factum in inui-
diā vocare, quam scilicet, Princeps Illustrissime facile
contemnis, quod auctoritati Vicarij C H R I S T I, & Nicæ-
ni Conciliij omnium sanctissimi parere, nihil habeat quod
erubescendum videatur. Post hæc verò cum animaduer-
teres cursum religionis Catholicæ duabus potissimum
rebus retardari, multitudine praua docentium, qui supe-
rioribus temporibus omnia ferme suggesta inuolarant, &
inopia

inopia eruditorum sacerdotum, qui veritatem aduersus mendacia tuerentur, utriusque medicinam adhibere aggressus; lolij fatores faceſſere, & res suas ſibi habere jufiſti. Diuturnioris aliquanto curæ, & opera fuit idoneos rei Catholicae adminiſtratos, & doctores formare. Diu enim in hac vrbe ne quidem Grammaticæ ludi ſatis ad rem Ecclesiæ erant comparati, donec Salentinus Coloniensis Elector, qui hanc Eccleſiam ſimul adminiſtrabat, annuis vextigalibus auctis, ſtudia litterarum nonnihil erigeret. Extiterunt deinde illo deceidente, ea tempora, ut Reuerendum, & Nobile Cathedralium Canonicorum Collēgium in litteris, quibus anno M. D. LXXX. Kalendis Iunij longiorem operam Patrum Societatis I E S V expedit, conſirmet raroſ posſe reperiri, quorum ſatis conſans, & certa ſit de diuinis rebus ſententia, cum quilibet feret, quod commođum ſit, credat. Quæ res quoq; eodem ſapientiſſimos Eccleſię noſtrae proceres impulit, ut ludi adminiſtrationem omnem Societati I E S V poſtea committerent. Sed tibi nimirum iam tum, Princeps Sapientiſſime, vi-debatur, niſi condita Academia, nunquam Eccleſiam in his terris eam doctorum hominum, quæ ſatis ſit ad frangendos aduersariorū impetus, facultatem habituram: Neque enim defuerunt viri graues, è quibus non nemo etiamnum ſupererit, qui te audierunt, cum diceres i-pſis principatus exordijs, te confidere tantum tibi vita, atque opum datum iri diuinitus, ut publicam artium maximarum officinam ponere in hac vrbe liceret. Ea res quamvis id temporis ardua videretur, tamen fu-
it cui contemplatio magnitudinis animi tui, & ſpes vtilitatis publicæ lachrymas cieret. Iam enim intel-
ligebas, quod a Diuo I O A N N E C H R Y S O S T O M O
diserta,

[Lib. 4. de
ſacerdot.



diserta, ut affolet oratione, firmisque rationibus ostenditur parum esse Christiano doctori, si vulgari quadam, & mediocri cruditione sit praeditus, propterea quod incertum sit, quibus potissimum armis humani generis incautos sit aggressurus. Facit enim ille quod iij, qui urbem aliquam circumcedent, ut ea parte principiè faciat impressionem, qua paucioribus praesidijs munitam esse viderit. Itaque si parochus quis Ecclesiam regendum suscepit, qui, ut ceterorum non sit rudis, minus sit Graece, vel Hebraice doctus, confessim extimulat, qui voces in sacris litteris, aliter ac veritas habet, accipiendas esse contendat: Si dialectices est ignarus, exuscitat, qui argutis eum conclusiunculis impedit: Si historiae veteris, & Ecclesiasticae est imperitus, qui fictas fabulas, & contortas, ac difficiles temporum rationes obiectat. Denique quacumque in arte fuerit minus versatus, in easi aduersario latus præbuuisse videbitur, quamvis ceteroqui sit excellenti, reconditaque doctrina, tamen caussam dederit imperitis suspicandi, ideo quippiā in Catholica doctrina verum non esse, quod à veritatis doctore, non quicquid contrā dici potest, diluatitur. Id si ijs vnu venire potest, qui sublimioribus disciplinis exculti, minorum sunt expertes, quid illis fiet, qui inferioribus leuiter tinēti, nullam partem grauiorum attigerunt? Magna igitur ratione, Princeps Illustrissime, instituisti, cūm prouinciam accepisses refertam oppignatoribus Catholicae religionis, vacuam prope ijs qui pro dignitate eius scita, ac decreta explicare possent; successori optimè eruditis hominibus septam & vallatam relinquere, qui illam omni doctrinæ generi, aduersus quolibet hostium genus propugnare, & tueri didicissent.

CAPUT

